



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 13. Concilium Viennense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

*Deo
riem
toris
epi-
dem
cilio
apa-
num
endi
n &
, ut
erne-
eius
dam
hem
nri-
lim
e.
alis
be-
en-
m,
ies
us
bi-
te-
as
ri-
o-
i,
r-*

præsertim *Gregorius & Urbanus, consti- Sæculum XI.
tuerunt, & nos constituimus, quæ ipsi A.C. 1112.
damnarunt, & nos damnamus.*

§. XIII.

Concilium Viennense.

Archiepiscopus Viennensis decima Se-
to. 10. Conc.
ptembris eodem anno, millesimo cen- p. 784.
tesimo duodecimo, Concilium celebra- vit. ap. Boll.
vit, cui inter alios Episcopos interfue- 1. April. to.
runt S. Hugo Gratianopolitanus, & S. 9. p. 44. vit.
Godefridus Ambianensis, quem Archi- Lib. III. c. 7.
episcopus rogaverat, ut veniret, & vices Nov.
suas perageret, quoniam ipse impeditio-
ris linguae esset. In hoc Concilio Decre-
tum conditum est, in hæc ferme verba:
*Investituram Episcopatum, Abbatiarum
& omnium Ecclesiasticarum rerum de ma-
nu Laicorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
auctoritatem sequentes, Hæresim esse judi-
camus. Scriptum illud seu Privilegium,
quod Henricus Rex vi adhibita a Paschali
Papa expressit, in virtute S. Spiritus da-
mnamus, nullum & invidiosum declara-
mus. Excommunicamus illum Regem, qui
simulata pace Romam veniens, postquam
Sacramento se obstrinxit, se Summo Pon-
tifici Paschali non nocitum esse, & juri
Investimenti renunciaturum, postquam ejus
pedes & faciem osculatus fuit, velut alter
Judas, cum Cardinalibus, Episcopis, mul-
tisque Romanorum nobilibus, captum &*

Q 4

in

Sæcul. XII. in castra abstractum, Insignibus Apostoli-
cis exuit, modis indignis habuit, & lite-
ras, quas omnes pii Christiani abominan-
tur, extorsit. Eundem Regem anatbe-
matizamus & a sinu Ecclesiæ separamus,
donec plenam satisfactionem exhibeat.
Hujus Censuræ primus auctor S. Hugo
Gratianopolitanus fuit.

Tum Concilium Epistolam Synoda-
lem ad Papam dedit, in hunc ferme mo-
dum: Sanctæ Paternitatis Vestræ man-
data sequentes, Viennæ convenimus. Ad-
suere Legati Regis cum Literis Bullatis,
in quibus erga eum vester affectus pacis &
amicitiae significabatur, easque Rex a vo-
bis sibi missas post Concilium, quod Ro-
mæ in Quadragesima celebrastis, dicebat.
Quod cum vobementer miraremur, me-
mores tamen literarum illarum, quas
Humilitati nostræ, mibi videlicet & Gi-
rardo Inculismensi, miseratis, bortantes,
ut in semita Justitiae perseveraremus, &
sic totius Ecclesiæ nostræque fidei ruinam
devitaremus, Canoniam viam aggressi-
sumus. Tunc Decretum Concilii Vien-
nensis summatim referunt, illudque con-
firmari petunt, apertis literis, quas Epi-
scopi alter alteri mittere possent. Post-
ea prosequuntur: Quoniam Principum
pars maxima & tota ferme populi multi-
tudo de hac re nobiscum sentit; omnibus
in remissionem peccatorum suorum injun-
gatis,

gatis, ut, si necesse fuerit, auxilium no- Sæcul. XII.
bis & patriæ unanimes ferant. Illud et- A.C. 1112.
iam ea qua par est reverentia vestræ Pie-
tati suggerimus; si Decretum nostrum
confirmetis, si deinceps ab ipsis crudelis-
simi Tyranni & Legatorum ejus literis,
colloquio, muneribus abstinueritis, nos,
sicut decet, filios & fideles servos habebi-
tis. Si vero, quod absit, aliam viam te-
nueritis, nos invitatos, propitiatus sit nobis to. 10. Cone.
Deus! a vestra obedientia repellentis. Hu- p. 786.
jus comminationis acerbitate non ob-
stante Papa, epistola vigesima Octobris
data, Decreta Concilii Viennensis confir-
mavit.

§. XIV.

*Literæ Iponis Carnotensis de Investi-
tura.*

Cum Joceranus Archiepiscopus Lugdu-
nensis eodem anno Concilium Ansæ
celebrandum indixisset, in quo de cau-
sa Fidei & Investituræ ageretur, at-
que Daimbertum Archiepiscopum Se-
nonensem ejusque Suffraganeos advo-
casset, parere recusarunt, data episto-
la, quam nomine totius provinciæ Ivo
Carnotensis scripsit in hunc modum.
*Nusquam Patrum nostrorum sanxit au-
toritas, ut primæ Sedis Episcopus Episco-
pos, extra provinciam suam positos, ad
Concilium invitare possit, nisi hoc aut
Apostolica Sedes imperaret, aut aliqua*

Q

Eccle-

ep. 236.